

8121

hoc est factum monumentum¹ | Maarco Caicilio. |
 Hospes, gratum est quom apud | meas restitistei seedes: |
 bene rem geras et valeas, | dormias sine qura.

Romae in via Appia, lapis Tiburtinus litteris vetustis (I 1006. VI 13696; imaginem Ritschl tab. LXIXD). Versus sunt Saturnii: Buecheler carm. epigr. 11. 'Litterarum forma et geminatio vocalium et qura Acciana tempora produunt' (Buech.).
 — 1) *Similiter N. 7460^b.*

8122 M. Staius | M. I. Chilo | hic. |

heus tu, viator las|se, qu[ⁱ] me praete|reis, |
 cum diu ambula|reis, tamen hoc¹ | veniundum est tibi².

In fr. p. X, in ag. | p. X.

Prope Cremonam rep., est Mediolani (I 4431. V 4411 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 119. — 1) Cf. N. 8149 not. 2. — 2) Similiter IX 2128 = Buecheler 83; XII 5270 = Buecheler 242.

Carmina huius generis dedimus iam supra N. 1932. 7703, alibi. De sententia cf. ad N. 7944.

8123 Eros | Servili | M. ser.¹, | salve².

Romae (VI 34285 vidit Mommsen). — 1) De nominis forma iam cf. Oxé mus. Rhen. 1904 p. 125. — 2) Sic in bilingui supra N. 6205 (Graece: χαῖρε) et alibi passim (N. 7732. 7791).

8124 ave¹, Sexti | Iucunde! | vale¹, Sexti Iucunde!

Luxemburgi, alicubi in agro Treverorum ut videtur rep. (XIII 4280 saepius descripta saec. XVI—XIX). — 1) Ave — vale etiam supra N. 5121, have — et vale N. 6192, et alibi passim; havete transitores, baletе transitores N. 2783.

8125 havete | Ser. Iuli | Pardala et | Iulia Serena | filia: et tu quis-
 quis | es, vale!¹ lib. lib. q. | v. f. | Iuliae Carphim. (sic) | lib.

Concordiae (V 8699 vidit Mommsen). — 1) Similiter supra N. 6156, infra N. 8129^a. 8178; VI 21758. X 1517; cf. VI 5, 15.*

8126 have | in aeternum | Q. Anchari | aeternumq. | Mariane | vale.¹

Lugduni (XIII 2058 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. Vergil. Aen. 11, 97. 98.

8127 Argenti¹, have! | d. m.² L. Arrio Ho|rato (sic) Eyty|cheti (sic)
 Acij|lia Carnus | coiugi de | se b. m. f. | Argenti, tu nobis bibes!

Romae (VI 10268 vidit Henzen). — 1) Agnomen defuncti. — 2) d. m. a lateribus tituli.

8127^a Prosdocionis ossa | hic sita sunt, vixit ann. XXV | sine contumelia;
 dat donum | Horestes benemerenti coniugi suae. | Have! num quid vis? vale!

Romae (VI 25092 bis ut videtur descripta saec. XVI|XVII).

8128 Roscia . . | I. Secunda, p[ost] | Sphaeri obitum | v. a. VIII, hic sitast.
 | Si quod sapiunt | inferi¹, have! Valetе, | superi.

Romae (VI 25439 vidit Henzen). — 1) Similiter VI 6250. 11357 = Buecheler carm. epigr. 179. 180. Cf. III 6535 = Buecheler 1147: si qu(i)d Manes sapiunt.